BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIe SIÈCLE
2

OBL 32_2

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| LA VRILLIERE (Balthazar | | | | |
| PHELYPEAUX DE) | Philosophie | 9 août 1657 | II | 227 |
| LE BAS DE GLATIGNY (Paul- | | | | |
| Philippe) | Philosophie | 8 sept. 1661 | II | 152 ,et |
| | | | II | 152bis. |
| LE BLAIS DU QUESNAY (Louis) | Philosophie | [3 nov.]1662 | II | 153 |
| LE BOUTHILLIER(François) | Théologie | [13 fév.]1662 | II | 154 ;et |
| | | | II | 154bis. |
| LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY | | | | |
| (Gaston-Jean-Baptiste) | Philosophie | 8 juill.1656 | II | 155 |
| LE BRUN (Henri) | Philosophie | 28 juil.1659 | II | 156 |
| LE CAMUS (André) | Philosophie | 6 août 1660 | II | 157 |
| LE CAMUS (Etienne) | Théologie | 28 nov. 1656 | II | 158 |
| LE CHAPELIER (Georges) | Théologie | 18 févr.1662 | II | 159 |
| LE DOULX (Florent) | Théologie | [8] mai 1656 | II | 160 |
| LE FILLEUL (Claude) | Philosophie | 10 août 1660 | II | 161 |
| LE FRANC (Aegidius) | Philosophie | [5 septembre] 1660 | II | 162 |
| LE GAIGNEULX (Jacques) | Théologie | 7 janv. 1662 | II | 163 |
| LE GOBIEN (Guillaume) | Théologie | 2 oct. 1657 | II | 164 |
| LE GRAS (Frère Bernard) | Théologie | 12 févr.1657 | II | 165 |
| LE GRAS (Frère Bernard) | Théologie | 29 nov. 1657 | II | 166 |
| LE HOUX (Jean) | Philosophie | 18 août 1658 | II | 167 |
| LE MOYNE (Alphonse) | Théologie | 17 avri.1663 | II | 168 |
| LE NORMAND(Fr.Guillaume) | Théologie | [10 jan.1662] | II | 169 ,et |
| | | | II | 169bis. |
| LE PETIT (Nicolas) | Théologie | 9 mai 1659 | II | 170 |
| LE PICART (François) | Théologie | 25 janv.1652 | II | 171 |
| LE ROUGE (Charles) | Théologie | 13 avr. 1667 | II | 172 |
| LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre) | Théologie | 15 mai 1659 | II | 173 |
| LE SAUVAGE (René) | Théologie | 26 sept.1657 | II | 174 |
| LE TELLIER (François) | Philosophie | 21 août 1661 | II | 175 |
| LE VERRIER(René) | Théologie | 26 juillet 1652 | II | 176 |
| LELEU (Joannes-Baptista) | Théologie | [29]sept.1667 | II | 177 |
| LEMPEREUR (F.Claude) | Théologie | [7 juin]1669 | II | 178 |
| LEMPEREUR (Henri) | Philosophie | 10 juil.1661 | II | 179 |
| LENOIR (Pierre) | Philosophie | 6 août 1662 | II | 180 ,et |
| | | | | 180bis. |
| LEOTAUD (Charles) | Théologie | 23 mai 1664 | II | 181 |
| LIONNE (Louis-Hugues de) | Philosophie | 2 juill.1662 | II | 182 |
| LOMENIE DE BRIENNE(Charles- | | | | |
| François de) | Philosophie | 16 juil.16..? | II | 183 |
| LOMENIE DE BRIENNE(Charles- | | | | |
| François de) | Théologie | 14 janv.1664 | II | 184 |
| LOTTEAUX (Louis) | Théologie | 19 sept.1669 | II | 185 |
| LOUBERES (F.Prosper) | Théologie | 5 août 1669 | II | 186 |
| LOUVERSÉ (F.Pierre) | Philosophie | 2 août 1665 | II | 187 |
| LOYS (F.Jérôme) | Théologie | 9 févr. 1662 | II | 188 |
| MACQUERE (Nicolas) | Philosophie | 12 juil.1670 | II | 189 |
| MAILLARD DE LA BOISSIERE | | | | |
| (Jean) | Philosophie | 10 août 1662 | II | 190 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| MAILLET (Pamphile) | Théologie | 5 déc. 1661 | II | 191 |
| MALETESTE (Jean) | Théologie | [11]avr. 1663 | II | 192 |
| MALITOURNE (Jacques) | Philosophie | 10 août 1665 | II | 193 |
| MALLET (Nicolas) | Théologie | 15 oct. 1663 | II | 194 |
| MARGUERY (Nicolas) | Philosophie | 30 juil.1651 | II | 195 |
| MARILLAC (André de) | Philosophie | 10 août 1659 | II | 196 ,et) |
| | | | II | 197 ) |
| MARILLAC (René de) | Philosophie | 3 août 1659 | II | 198 |
| MARNÉ (F.Georges) | Philosophie | 29 mai 1662 | II | 199 |
| MAUGER (Laurent) | Philosophie | 8 juill.1663 | II | 200 |
| MAURAGE (Pierre) | Théologie | 3 sept. 1669 | II | 201 |
| MELICQUE (Nicolas) | Philosophie | 8 août 1660 | II | 202 |
| MELUN DE MAUPERTUIS | | | | |
| (Mathieu de) | Théologie | [8]août 1660 | II | 203 |
| MERAULT (Pierre) | Philosophie | 7 juillet1658 | II | 204 |
| MEUR (Vincent) | Théologie | 4 juin 1661 | II | 205 |
| MICHAU (Jean) | Théologie | 29 mars 1662 | II | 206,et) |
| | | | II | 206bis) |
| MICHON (Michel) | Philosophie | 2 oct. 1662 | II | 207 |
| MIGUET (F.Charles) | Philosophie | 5 juillet1652 | II | 208 |
| MOLE (Louis) | Philosophie | 28 août 1661 | II | 209 |
| MONCHY D'HOCQUINCOURT | | | | |
| (Gabriel de) | Philosophie | 22 août 1660. | II | 210 |
| MONTEIL DE GRIGNAN | | | | |
| (Gabriel-Adheimar) | Théologie | 4 janv. 1662 | II | 211 |
| MOREL (Zacharie) | Philosophie | [16]août1671 | II | 212 |
| MORIN (Henri) | Théologie | 23 janv.1660 | II | 213 |
| MORROGH (Pierre) | Droit canon | [16]avr.1669 | II | 214 |
| MOUSSEAUX (Pierre) | Théologie | 17 mars 1668 | II | 215 |
| NATTIN (Jean) | Théologie | [14 nov]1669 | II | 216 |
| NOÜET(Anne) | Théologie | 21 mai 1663 | II | 217 |
| O MOLONY (Mathieu) | Droit canon | 28 mai 1664 | II | 218 ,et |
| | | | II | 218bis. |
| PAIOT DE LIMERMONT | | | | |
| (Séraphin) | Philosophie | 26 août 1661 | II | 219 |
| PALLEVOYSIN DE LAROCHE- | | | | |
| DU-MAINE (François) | Théologie | 30 déc. 1655 | II | 220 ,et |
| | | | II | 220bis. |
| PAPELART(Jacques) | Droit canon | 11 août 1661 | II | 221 |
| PAUROT (Charles) | Philosophie | 28 juil.1660 | II | 222 |
| PERCHERON DE LESPINE | | | | |
| (Balthazar) | Théologie | 28 juin 1657 | II | 223 |
| PERCIN DE MONTGAILLARD | | | | |
| (Pierre-Jean-François de) | Théologie | 5 févr. 1656 | II | 226 |
| PERIER (Antoine) | Théologie | 9 sept. 1662 | II | 224 |
| PERRIN (Guillaume) | Théologie | 24 janv.1651 | II | 225 |
| PICQUES(Bernard) | Théologie | 5 mai 1663 | II | 228 |
| PICQUES(Louis) | Philosophie | 1erJuil.1657 | II | 229 |
| PIETRE(Paul-Claude) | Philosophie | 14 sept.1662 | II | 230 |
| PIN (Jean) | Philosophie | 29 juin 1665 | II | 231 |
| PIOT (Jean) | Théologie | [23 fév]1662 | II | 232 |
| PISTEL (Laurent) | Philosophie | 16 juil.1662 | II | 233 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| POITEVIN (Armand) | Philosophie | 25 juil.1648 | II | 234 |
| PONCET (Michel) | Philosophie | 11 juil.1660 | II | 235 |
| POREE DU PARCQ(René) | Philosophie | 28 juil.1661 | II | 236 |
| POTIER (Jean) | Théologie | 22 févr.1662 | II | 237 |
| POULIN (François) | Philosophie | 15 juil.1663 | II | 238 |
| PURCELL(John) | Philosophie | 4 juin 1666 | II | 239,et |
| | | | II | 239a,b,c,et d. |
| REGNARD (Jean) | Philosophie | 8 juil. 1662 | II | 240 |
| REGNARD (Julien) | Philosophie | ...juin 1658 | II | 241 |
| REGNARD (Julien) | Théologie | 10 nov. 1661 | II | 242 |
| REGNARD (Julien) | Théologie | [30]août1664 | II | 243 |
| RESTAURAND (F.André) | Théologie | [11]oct.1655 | II | 244 |
| ROBERT (Jean) | Droit canon | [30]déc.1665 | II | 245 |
| ROSTIN (Michel de) | Théologie | 28 févr.1656 | II | 246 |
| ROSTIN (Michel de) | Théologie | 1er fév.1661 | II | 247 ,et |
| | | | II | 247bis. |
| ROUSSEAU (Jean) | Philosophie | 7 juil. 1668 | II | 248 |
| ROYNETTE(Simon) | Théologie | 18 avr. 1662 | II | 249 |
| SANTEUL (Pierre de) | Théologie | 12 juil.1661 | II | 250 ,et |
| | | | II | 250bis. |
| SARRAZIN (Jean-Baptiste) | Philosophie | 29 juin 1662 | II | 251 ,et |
| | | | II | 251bis. |
| SAUSSOY (Jean) | Théologie | 9 nov. 1646 | II | 252 |
| SAVIGNAC (Louis de) | Théologie | [4]janv.1670 | II | 253 |
| SELLIER (Claude) | Théologie | 13 févr.1662 | II | 254 |
| SENAUX (Bertrand de) | Théologie | [23]fév.1662 | II | 255 |
| SEVERT (Antoine-François) | Théologie | 20 mars 1668 | II | 256 |
| SEVIN (Michel) | Théologie | 8 févr. 1668 | II | 257 |
| SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas) | Théologie | 17 jan. 1654 | II | 258 ,et |
| | | | II | 258bis. |
| SIMENEL (Pierre) | Théologie | 1er fév.1662 | II | 259,et |
| | | | II | 259bis,ter et quater. |
| STAPLETON (Edmond) | Philosophie | 24 juin 1668 | II | 260 |
| SUZE (Anne-Tristan de) | Philosophie | 25 juil.16... | II | 261 |
| TAMPONNET (Antoine) | Théologie | 11 févr.1664 | II | 262 ,et |
| | | | II | 262bis. |
| TANOARN (Julien de) | Théologie | [3]févr.1661 | II | 263 |
| TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste) | Philosophie | 27 juil.1661 | II | 264 |
| VAILLANT (Antoine) | Philosophie | 5 août 1657 | II | 265 |
| VALBELLE (Louis-Alphonse de) | Théologie | 7 nov. 1664 | II | 266 |
| VANIER (Claude) | Philosophie | ......?..... | II | 267 |
| VERDUN (Claude) | Philosophie | 10 août 1659 | II | 268 |
| VIC (Médéric de) | Théologie | [31]déc.1664 | II | 269 |
| VREVIN (Antoine de) | Théologie | 20 avr. 1657 | II | 270 |

--ooOOoo--

1158445551

ſueti. At ſoli Eccleſiæ miniſtri, maximè cum de fide agitur, iudices ſedent, ferunt ſententiam, canoneſque ſanciunt, vno verbo ſacram conſtituunt exercentque Hierarchiam; ſeu quod idem eſt, tota canonum vis ab Eccleſiaſticâ authoritate deſumitur. Quot Concilia in veteri Eccleſiâ memorantur ad tria capita reuocari facilè poſſunt. Prouinciale, cui Metropolitanus; Nationale, cui primas, Exarchus aut Patriarcha, & œcumenicum, cui Romanus Pontifex ſuæ ſedis iure præſidet. In hoc poſtremo œcumenico ſcilicet, elucet maximè Eccleſiæ, vt loquuntur, infallibilitas. Licet in colligendis canonibus diligentem operam vel à primo Eccleſiæ æuo adhibuerint Catholici, tamen ex iis naſcentis Eccleſiæ decretis, ſeu temporum, ſeu perſecutionum iniuriâ pauca admodùm ad nos vſque peruenerunt. Sanè qui canones Apoſtolorum dicuntur, nec omnes ab Apoſtolis conditi, nec omnes à Clemente Romano Pontifice collecti ſunt: 50. priores quos Dionyſius exiguus ſuam in collectionem induxit, nec authoritate, nec antiquitate ſuperiores ſunt cæteris quibus quinarius ſupra 80. numerus conficitur. In Galliis viſi non fuerunt ante Chilperici tempora, nec in Hiſpaniam adhuc commeauerant, cùm Martinus Bracharenſis ſuam collectionem adornauit.

EPISTOLÆ decretales licet primorum Pontificum nomen præ ſe ferant, non tamen poſſunt iis tribui. Harum collectorem Hiſpanum non fuiſſe grauiſſimis ſuadetur coniecturis, eumdem ab Iſidoro Hiſpalenſi eſſe diſtinguendum omninò demonſtratur. Quis igitur? crediderim ſub ementito Iſidori peccatoris nomine latere Riculphi Epiſcopi Moguntini, & Benedicti Abbatis opus, adeò vt quot Epiſtolæ memoratâ in collectione extant, ab alterutro conſcriptæ ac collectæ meritò cenſeantur. Circa famoſam de Paſchatis celebratione controuerſiam, in quâ quidem victor intra minas ſemper ſtetit, quot Concilia habita fuiſſe teſtatur Euſebius? Ex iis tamen præter quoddam dubiæ admodum fidei fragmentum quod Beda refert, nihil ad nos peruenit. Nec pauciores ſynodi in Africâ, in Oriente, Romæ etiam conuenerunt, vbi Stephanus Romanus Pontifex, Cyprianum & Firmilianum ab Apoſtolicâ conſuetudine alienos, non quidem à ſuâ communione omninò præſcidit, at certè acerbiſſimè coarguit: vix vlla tamen editorum tunc Canonum monumenta ſuppetunt. Quid dicam de Sinueſſanâ Synodo, quæ fortè aliquando habita eſt, at cuius acta qualia legimus, fabellam referunt, meréque commentitia apparent. Affirmari igitur meritò poteſt vt in Eccleſiâ Orientali nulla ſuppetit collectio antiquior eâ in quam Canones 85. quos Apoſtolicos vocant, circa annum 260. induxerunt, Ita in Eccleſiâ Occidentali nullam occurrere anteriorem ei quam illiberritani Patres in Hiſpaniâ ineunte 4. ſæculo compegerunt. Collectionem voco. Nec enim arbitror, Canonum qui ei Synodo tribuuntur numerum ſupra octogenarium excreuiſſe, quaſi tam variæ difficultates vnius in Synodi examen vocatæ ſint, ſed quia imminente, iamque per alias mundi partes debacchante perſecutione ſæuiſſimâ, quot apud Hiſpanos vigebant Canones colligere operæ pretium viſum fuit, vt ſic facilius iniuriam temporum vincerent, & ad poſteros tranſmitterentur.

ILLIBERRITANOS Patres qui Nouatiani erroris accuſat, is vniuerſos eorum Canones nunquam legit. Sed neque ſi duos priores à cæteris ſeiungas, ſtare poſſet accuſatio, non ſolùm quia nihil decernunt, quod apud integerrimas Eccleſias non fuerit eodem modo conſtitutum, ſed maximè quia Canones citati diſciplinam ſolùm ſpectant: at Nouatiani ab Eccleſiâ expulſi ſunt propter dogma quo contendebant non eſſe penès Eccleſiam dimittendorum peccatorum facultatem. Quod Canone 48. Apoſtolorum ſtatuitur, idem huius Synodi Canonibus 8. 9. & 10. apparet nimirùm quacumque causâ à priore coniuge quis diſceſſerit, quandiù durat prioris coniugis vita, valido connubio alteri coniungi nullatenus poſſe, & proinde, quod traditio vniuerſa prædicat, alienam eſſe à Chriſti mente quam in fornicantium gratiam finxere Græci eius verborum prout apud S. Mathæum cap. 5. extant, interpretationem. Eodem 10. Canone habes apertum diſcrimen inter matrimonium quod vel ante vel poſt fidem per Baptiſmum ſuſceptam initum eſt: In eo autem verſatur, quod illud non ſit indiſſolubile; hoc verò nullâ ratione diſſolui poſſit. Canon 33. Eccleſiæ Hiſpanicæ votum potiuſquam praxim indicat, hunc enim arbitror, ante Siricij tempora, ne in Hiſpaniâ quidem inualuiſſe. 34. Cereos in honorem martyrum accendendi intempeſtiuum vſum damnat, vſum non damnat. 36. Iconoclaſtarum errorem refellit potiuſquam aſtruat: de ſolis Dei imaginibus intelligi non debet. E 50. perperàm nonnulli colligunt, eo tempore fuiſſe in Hiſpaniâ Primates, aut Metropolitanos; conſtat enim ea authoritatis ac dignitatis diſcrimina nondùm tunc eam in Eccleſiæ partem fuiſſe inducta. Qui ad explicandum Canonem 79. idololatriam in tabulæ luſu comminiſcuntur, non modò gratis fingunt; ſed etiam diſciplinæ ab hac Synodo inſtitutæ apertè aduerſantur.

CIRCA annum 316. cùm pace Eccleſiæ fruentes condendis Canonibus magis ſedulò incumbebant, quatuor habita ſunt Concilia: Arelatenſe 1, Ancyranum, Neocæſarienſe, & Laodicenum. Habitum eſt Arelatenſe ad finiendam Donatiſtarum cauſam. Marinus Epiſcopus Arelatenſis ei præfuit. Intelligi non poteſt nomine plenarij Concilij, de quo toties apud S. Aug. fit mentio. Ancyrani Canon 2. ſic munia Eccleſiaſtica, quæ Diaconis Diuino iure competunt, eis aſſerit, vt tamen Chriſti Corpus conficiendi poteſtatem in eis non ſupponat. 10. Euidenter oſtendit ſacris ordinibus cœlibatum iure diuino annexum non eſſe. Neocæſarienſis primus Canon demonſtrat diſciplinam, quæ in Occidente Presbyteros pœnitentiæ publicæ nonnumquam ſubiecit, & apud Orientis Eccleſias aliquando vſurpatam eſſe. Laodiceni Canonem 1. eruditè admodum Iuſtellus examinat, at eius ſenſum non attigit, digamos intellige quorum coniugium ex Eccleſiæ legibus validum cenſeatur. Ex vltimo Canone poſitiuum quod aduerſus hæreticos pro libris Canonicis ducimus argumentum, omninò valet; negatiuum quod illi nonnunquam ducunt, nullum eſt. Anno 325. contra impium Arij dogma congregata eſt œcumenica Nicæna Synodus. Huic cum Vitone & Vincentio Oſius præfuit Sylueſtri ſummi Pontificis Legatus. Ad aſſerendam hanc legationem cùm aliis adductus ſim argumentis, tum etiam vtar authoritate Gelaſij Cyzicæni, licet genuinum Euſebij codicem penes eum fuiſſe non exiſtimem. Fidei formulæ Synodi initio editæ ſubſcripſerunt ſtatim ferè omnes. E cæteris quidam inter quos recenſeo Euſebium & Theognidem, cùm vocem conſubſtantialis irriderent, nec ad fidei formulæ ſubſcribendum poſſent adduci; propterea à Concilio depoſiti fuerunt, & in exilium eiecti, ſuffectis eorum in locum Amphione & Chreſto. At poſtea durante adhuc Concilio oblato libello, & retractato errore ad ſubſcriptionem admiſſi, Catholicæ communioni, ſuiſque ſedibus redditi ſunt. Nihil à Synodo euulgatum arbitror præter Epiſtolam Synodicam & 20. Canones.

TERTIO huius Synodi Canone abutitur quiſquis eo putat cœlibatum ſacris ordinibus annexum eſſe, reuerâ enim ante Siricij reſponſum nulla lex extat, quæ ſolito cum vxoribus commercio Epiſcopis, Presbyteris aut Diaconis interdixerit. Circa 4 ſic ſtatue, vt licet vnus Epiſcopus manus impoſuerit, valida tamen cenſeatur ordinatio. 5. Canon ſi vniuerſè intelligatur, non omninò vetat Epiſcopum excommunicatum ab altero excipi; ſed ſolùm ne ante cognitionem excipiatur. Ad aſſequendum ſexti Canonis ſenſum ſiue Ruffini verſione, ſiue alterâ vtaris perindè eſt: Quæ enim de Romani Pontificis iure ibi fit mentio, neque de Patriarchico ſolùm, neque ſolùm de Metropolitico debet intelligi; vniuerſim ſpectat illud omne quod eò temporis Romanus Pontifex potiebatur, adeo vt de Primatu quoque poſſit explicari. Concilij is fuit animus vt quod de ſeruandâ Nouatianorum, ſi ad Eccleſiam redirent dignitate Canon 8. ſtatuit, ad cæteros quoque hæreticos eodem pacto protendatur. Impoſitio manuum de quâ ibidem, nec confirmationis, nec pœnitentiæ, nec ordinis ſacramentum eſt, ſed mera ceremonia, qualis ferè adhuc nunc Romæ obſeruatur Canone 13. per vltimum viaticum intellige poſtremam reconciliationem cum Euchariſtiâ coniunctam, quæ acceptio eſt vocis huius, COMMVNIO, frequentiſſima tùm apud Cyp. tùm in Concilij Illib. Canonibus. Can. 15. prohibentur tranſlationes quælibet etiam illæ quæ ad populorum vota, Epiſcoporumque ſuffragia tunc fiebant. Porro non Epiſcopos tantùm ſpectat, ſed etiam Parochos, cæteroſque omnes quocumque ſacerdotio inſtructos. Ratio quam Concilium Can. 18. profert conficiendæ Euchariſtiæ facultatem vni Presbytero inuictè aſtruit. Canonem 19. ſi 8. coniungas, habes illam plenarij Concilij definitionem, de quâ toties S. Aug. Diaconiſſæ quarum mentio in fine eiuſdem Canonis per veram ac propriè dictam ordinationem non conſecrabantur.

CVM circa annum 334. duabus in Synodis Imperatoris iuſſu congregatis ſuperiores facti fuiſſent Ariani, alterâ enim quæ Tyri habita eſt depoſitus Athanaſius; alterâ quæ Hieroſolymis, Arius in communionem receptus fuit, anno 335. Conſtantinus Magnus exilio Athanaſium multauit, ſtatimque poſtea mortuus eſt. Fidem eius vindicare poſſum, at profectò propter nimiam in adiuuandis damnatæ iam hæreſeos auſibus indulgentiam, meritò accuſatur. Mors Conſtantini Athanaſij exilio finem impoſuit. Nam ſtatim iunioris Conſtantini litteris reuocatus eſt, & in ſedem ſuam rediit. Reditum velut contra Canones factum accuſare Ariani, & vt Cathedræ principalis patrocinio cauſam ſuam ſi fieri poteſt muniant, ſcribere ad Iulium Rom. Pontificem, eique ſi vellet cauſæ arbitrium deferre. Paulo poſt, famoſum Antiochiæ in encœniis Concilium habetur, eiuſque ſententiâ rurſus deponitur Athanaſius. Hanc vt reſciuit Iulius, celebrem ad Orientales Epiſtolam ſcripſit, quâ quid effecerit, antequam exponam, nonnulla præmittenda ſunt circa formulas memorato in Concilio editas, Canoneſque ibidem conſtitutos Quod ad formulas ſpectat, omninò mihi perſuaſum eſt, iis non quidem Arianum, ſed Semiarianum errorem contineri, quare hæreticas cenſendas eſſe arbitror. Canonem 9. ſi diligenter aduertas, patet omnia Metropolitæ iura, ſi eum ſeorſim à cæteris Epiſcopis ſpectes, ad id vnum reſtringi; nimirum vt Concilia conuocare poſſit, præterea enim nil quidquam poterat extra Synodum. Canon 10. perſuadet Corepiſcopos omnes vi ſuæ ordinationis Epiſcopali charactere inſignitos fuiſſe: eo autem magis perſuadet, quod ei ſententiæ omnia antiquitatis monimenta concinere videam. Canonis 12. authoritatem meritò ſugillauit Chryſoſtomus. Duobus poſtremis Canonibus apertè docetur Epiſcopos cæteroſque è Clero qui Eccleſiæ bonis fruuntur, bonorum eiuſmodi non Dominos, ſed ſolùm adminiſtros eſſe: adeovt præter partem in victum & veſtitum ex iudicio viri prudentis neceſſariam; cætera ad eos non pertineant. Sententia hæc tùm Apoſtolorum, tùm Eccleſiæ Africanæ Canonibus omnino conformis eſt.

NON multo poſt Synodi huiuſce finem acta coram Iulio causâ Athanaſius, Romæ à Concilio 50. PP. ſuæ ſedi reſtitutus eſt. Iudicium omnino æquum, ſiue auctoritatem in iudice requiras, Iulius enim & quia electus ab ipſis Euſebianis, & propter dignitatem ſuæ ſedis, ad quam prouocauerat Athanaſius, Antiochenam ſententiam emendare potuit: Siue controuerſiam expendas, Athanaſius enim præter ius faſque ab Antiochenâ Synodo depoſitus fuerat: Iudicium, inquam, omnino æquum ægrè tulerunt Ariani; quare hoc vt detrectarent, generale petierunt Concilium. Annuit Iulius, Athanaſius conſenſit, ſtatimque de ſententiâ duorum Imperatorum edictum fuit vt omnes, tùm Orientis, tùm Occidentis Epiſcopi Sardicam conuenirent. Acceſſerunt ex vtraque parte præcipui, reſque omnis Oecumenicæ Synodi iudicio finita eſſet, niſi litem ex lite mouentes Euſebiani paci prætuliſſent ſchiſma. Tricis igitur ſuis effecere, vt Sardicenſi Concilio ſoli Occidentales adfuerint. Anno 347. horum iudicio Athanaſij reſtitutio confirmata eſt: probatumque proinde Romanæ Synodi iudicium. Diſciplinam inductam Canon. 3. 4. & 7. veterem potiuſquam nouam meritò dixeris. Iis enim firmatur appellationum forma quam Eccleſia Romana ſibi ſemper vindicauit: quam ipſi Orientales iam vſurpauerant, quamque ſola Afrorum Eccleſia quatuor primis ſæculis non admiſit. Celebritas vrbis Theſſalonicæ de quâ Canone 20. Romanæ ſedis Vicariatu augeri cœpit tempore Damaſi Summi Pontificis. Circa annum 360. habitam puto Synodum Gangrenſem. Eius in Epiſtolâ Synodicâ Euſtathij loco lege Eutactum. Qui huius Canonibus abutuntur vt varia quæ nunc ſunt Monachorum inſtituta & veſtes irrideant, Epiſtolam Synodicam non ſatis expenderunt. Anno 381. Conc. Conſtantinop. authoritate Damaſi conuocatum eſt. Hoc ſi cum Romano paulopoſt habito coniungas Oecumenicum cenſeri debet. 2. Canon nullam Epiſcopo Conſtantinop. authoritatem in Thracicam tribuit. 3. ſolus honoris gradus decernitur. 7. de Sacramento confirmationis intelligendus non eſt.

ANNO 419. Carthagine habitum eſt totius Africæ Concilium, cui Aurelius Carthaginenſis præfuit, licet Legati Romani Pontificis adeſſent. Huius congregandi occaſionem præbuit Zoſimi de Apiarij causâ iudicium per Fauſtum, Aſellum, & Philippum eius Legatos acriter propugnatum. Controuerſiam dum expendo nec iis aſſentior qui Zoſimum aut hæreſeos aliàs probatæ, aut admiſſi tunc mendacij accuſant; nec eos approbo, qui generoſum ſuis in libertatibus defendendis Afrorum animum damnare audent. Quot Canones Eccleſiæ Africanæ codice continentur, ab hac Synodo aut editi, aut collecti, confirmatique ſunt. Primatum iura omnia, & officia exprimuntur Canon. 19. 23. 26. 28. 56. 76. Carthaginenſis Priuilegia collige ex Can. 55. 85. & 93. Can. 53. & 56. aperta ſit mentio Corepiſcoporum. anno 431. ad compeſcendam Neſtorij hæreſim Epheſum conuenerunt ſupra 200. Epiſcopi. In Synodo latam à Cæleſtino aduerſus Neſtorium ſententiam protulit Cyrillus Cæleſtini Romani Pontificis vices gerens. Eiuſdem Cæleſtini nomine ei Synodo præfuit. Synodi huius in hiſtoriâ ſunt profectò quæ Ioannem Antiochenum ferocioris impotentiæ conuincant: at nihil vt mihi quidem videtur occurrit, quod eum hæreſi infectum fuiſſe apertè demonſtret. 7. Canonem ſi aduertas, facilè intelliges contra jus commune nonnunquam conſuetudine præſcribi. anno 451. Concilium generale 4. Legatis Leonis præſidentibus Chalcedone habitum eſt. In hoc Theodoretus Neſtorio tandem nominatim damnato ſedem & honorem recepit. Ibas etiam pari humanitate admiſſus eſt, licet nondùm eius Epiſtola accuratè expenſa foret. Iuuenalis Hieroſolimitanus ius Patriarchicum quod in Arabiam deſtinabat extendere, Patriarchæ Antiocheno dimiſit. At conſecutus eſt in Palæſtinam, quodque in Concilio Epheſino, Cyrillo obſiſtente, fruſtrà molitus fuerat, tandem effecit.

PRIMO Canone confirmantur Canones, quotquot in Codicem Eccleſiæ vniuerſæ collecti fuerant à Stephano Epheſiorum Epiſcopo: quo quidem Codice Epheſinum Concilium, atque hoc Chalcedonenſe vſa ſunt. Secundus dum prohibet ne munus vllum Eccleſiaſticum vendere Epiſcopus audeat: ea etiam complectitur munera quæ à Laïco exerceri aut ſolent, aut poſſunt. Tertius veteris diſciplinæ ſeueritatem remittit, dum patitur pupillorum causâ Clericos negotiis ſecularibus intricari. Canonem 4. vbi de Monachorum priuilegiis, ſextumque vbi de abſolutis ordinationibus agitur, cum receptâ nunc & approbatâ praxi vt concilies, fatearis neceſſe eſt quod & aliis exemplis demonſtratur, hanc eſſe eorum omnium, quæ diſciplinam ſpectant Canonum naturam; vt ſi temporis circumſtantiæ ita poſtulent, Eccleſiæ cuiuſuis authoritate in deſuetudinem abire poſſint. Canon 9. & 17. eas tantùm Prouincias ſpectat, quæ Canone 28. Patriarchæ Conſtantinop. ditioni additæ ſunt. Poſtremam partem Canonis 17. quâ quidem Eccleſiaſticum ordinem, ordini ciuili conformandum eſſe ſtatuitur, iuxta Can. 12. intelligas de honoris priuilegiis. Oeconomorum dignitas & authoritas, Can. 26. incrementum cœpit, euaſit enim neceſſaria: eos intellige qui poſtea in Galliis Præpoſiti appellati ſunt, ad quos Epiſcopo quidem viuente ad Epiſcopi nutum Eccleſiæ reditûs diſpenſatio; vacante autem ſede ſeruandorum ſucceſſori fructuum cura pertinebat. Can. 28. Leo Pontif. totaque Occidentalis Eccleſia meritò obſtitit. Obſiſtendo autem tandem effecit, vt eum è ſuo codice vel ipſi Græci tunc expunxerint. Can. 29. ad eos coërce qui fuiſſent propter graue ſcelus ab hæreſi diſtinctum multati. anno 553. quinta generalis Synodus Conſtantinopoli congregata eſt. Huic quia Vigilius, ſæpius rogatus à Patribus, adeſſe noluit, præfuit Eutychius Patriarcha Conſtantinop. à Vigilio qui initio reſtiterat, tandem approbata fuit. Nihil continet quod Concilio Chalcedonenſi aduerſetur. Tria capitula ſic poſtea defendit facundus Hermianenſis, vt nullatenus fauerit Neſtorianis. Sed nec vllum ab eo cauſæ ſuæ patrocinium ducere poſſunt Caluiniani, vt Eccleſiæ Romanæ de Euchariſtiâ certiſſimam fidem conuellant. Hæc pauca profero ab inexhauſtis *ſcientiæ & ſapientiæ theſauris.*

*Has Theſes, Deo duce, auſpice Deiparâ, Præſide S. M. N. ÆGIDIO ROBERT Sacræ Facultatis Pariſienſis Doctore Theologo, tueri conabitur IOANNES ROBERT Diaconus Pariſinus, Baccalaureus Theologus, Sorbonæ Prior, Inſignis Eccleſiæ Carnotenſis Canonicus & Præpoſitus, Die 30 Decembris, anno Dom. 1665. ab octauâ ad ſextam.*

IN SORBONA.

PRO MAIORE ORDINARIA.